Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



87

nostro Dignum et iustum est Vere dig-
num et iustum est equum et salutare Te
tibi semper et vbique gratias agere domine
sancte pater omnipotens de apostolis phano:
Aequum et salutare Te quidem domine
supplicare et orare ut gregem tuum pasto-
rem non deseras sed per beatos apostolos tuos continua
protectione custodias. Vt idem moribus gubernetur
quos tui vicarios eidem constituisti pre-
esse pastores Et ideo cum angelis et archangelis
cum thronis et dominationibus. Cumque omni milicia
celestis exercitus ymnum glorie tue canimus sine
fine dicentes Cotidiana prephano ut ia seq
Per omnia secula seculorum. Amen.
Dominus vobiscum Et cum spiritu
tuo Sursum corda Habemus ad dominum
Gratias agamus domino deo nostro
Dignum et iustum est Vere dignum et
iustum est equum et salutare Te tibi semp
et vbique gratias agere domine sancte pater omnipo
tens deus per xpm dominum nostrum Per quem ma-
iestatem tuam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates Celi celo-
que virtutes ac beata seraphin socia exultatione
concelebrant Cum quibus et nostras voces
ut admitti iubeas deprecamur supplici
confessione dicentes Sanctus Sanctus
Sanctus dominus deus sabbaoth. Pleni sunt